



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput XL. Quod homo nihil boni ex se habet, & de nullo gloriari potest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

Non est ergo minimum, etiam in  
minimis seipsum relinquere.

3. Verus profectus hominis est  
abnegatio sui ipsius, & homo abne-  
gatus, valde liber est, & securus.

Sed antiquus hostis, omnibus bonis  
adversans, a tentatione non cessat,  
sed diu noctuque graves molitur in-  
fidias, si forte in laqueum deceptio-  
nis possit præcipitare incatum.

*Vigilate & orate, dicit Dominus,  
ut non intretis in temptationem.*

#### C A P U T XL.

*Quod homo nihil boni ex se habet, &  
de nullo gloriari potest.*

**D**omine, quid est homo, quod me-  
mor es ejus, aut filius hominis,  
quia visitas eum?

Quid promeruit homo, ut dares  
illi gratiam tuam?

Domine, quid possum conqueri, si  
me deseris? aut quid juste obtende-  
re possum, si quod peto, non fec-  
ris?

Cer-

Certe hoc in veritate cogitare possum, & dicere: Domine, nihil sum, nihil possum, nihil boni ex me habeo: sed in omnibus deficio, & ad nihil semper tendo.

Et nisi a te fuero adjutus, & interius informatus, totus efficior tepidus & dissolutus.

2. Tu autem, Domine semper idem ipse es, & permanes in æternum, semper bonus: justus & sanctus; bene, juste, ac sancte agens omnia, & disponens in sapientia.

Sed ego, qui ad defectum sum magis pronus, quam ad profectum, non sum semper in uno statu perdurans; quia septem tempora mutantur super me.

Verumtamen cito melius fit, cum tibi placuerit, & manum porrexeris alijutricem, quia tu solus sine humano suffragio poteris auxiliari, & instantum confirmare, ut vultus meus amplus in diversa non mutetur, sed

O 3 in

in te uno cor meum convertatur & quiescat.

3. Unde, si bene scirem omnem humanam consolationem abiicere, sive propter devotionem adipiscendam, sive propter necessitatem, qua compellor te querere, quia non est homo, qui me consoletur.

Tunc possem merito de gratia tuis sperare, & de dono novae consolationis exultare.

4. Gratias tibi, unde totum venit, quotiescumque mihi bene succedit.

Ego autem vanitas & nihilum ante te, inconstans homo & infirmus.

Unde ergo possum gloriari, aut cur appeto reputari?

Numquid de nihilo? & hoc vniuersissimum est.

Vere inanis gloria, mala pessima vanitas maxima: quia a vera trahit gloria, & cœlesti spoliat gratiam.

Dum enim homo complacet fibi

displacet tibi; dum inhiat laudibus  
humanis, privatur veris virtutibus.

5. Est autem vera gloria & exulta-  
tio sancta gloriari in te & non in  
se: gaudere in nomine tuo, non in  
propria virtute nec in aliqua crea-  
tura delectari, nisi propter te.

Laudetur nomen tuum, non  
meum, magnificetur opus tuum, non  
meum, benedicatur nomen sanctum  
tuum, nihil mihi autem attribuatur  
de laudibus hominum.

Tu gloria mea, tu exultatio cor-  
dis mei.

In te gloriabor & exultabo tota  
die; pro me autem nihil, nisi in in-  
firmitatibus meis.

6. Quærant Iudei gloriam, quæ  
ab invicem est: ego hanc requiram,  
quæ a Deo solo est.

Omnis quidem gloria humana, om-  
nis honor temporalis, omnis altitu-  
do mundana, æternæ gloriæ tuæ  
comparata, vanitas est & stultitia.

O veritas mea, & misericordia

O 4 mea,

mea, Deus meus, Trinitas beata, tibi soli laus, honor, virtus, & gloria per infinita secula seculorum.

## C A P U T X L I.

*De contemptu omnis temporalis honoris.*

**I.** Fili, noli tibi attrahere, si videas alios honorari, & elevari, te autem despici & humiliari.

Erige cor tuum ad me in cœlum, & non contristabit te contemptus hominum in terris.

Si recte me inspicio, nunquam mihi facta est injuria ab aliqua creatura, unde nec juste habeo conqueri adversum te.

2. Quia autem frequenter & graviter peccavi tibi, merito armatus contra me omnis creatura.

Mihi igitur juste debetur confusio, & contemptus; tibi autem laus, honor, & gloria.

Et nisi ad hoc me præparavero, quod velim ab omni creatura despici,